posito posset in ipso esse motus. ¶ Quantum ad primū premitto quid itelligo per vacuū. vbi dico q̄ p vacuū nihil aliud itelligo nisi spatiū ab omni corpore separatum. tamen aptū natū recipere corpus. ⁊ hec videt doctrina aristo. 4. huius. ¶ Hoc premisso videntur ponē de due ꝓpones. ¶ Prima ē q̄ secūdū nām nō pōt dari aliquod tale spaciū ab omni corpore separatū secundū nām possibile recipere aliquod tale corpus. hoc p̄ batur. omne locatū habet nāliter aliq̄ ꝓuenientiā naturalē cū suo loco nāli. sed nullū corpus locatū potest br̄e aliquā ꝓueniētiā nālē cū tali spatio separato ipsi⁹ receptiuo. ergo nō pōt poni aliq̄ tale spatiū ab oi corpore separatū corporis receptiuū. q̄ō sit locus ei⁹. maior p̄z p̄ aristo. 4. huius. et apud oēs phos ē satis clara. minor etiā p̄z. q⁊ tale spatiū separatū nullius ē nature. nō enī videtur eē nisi quedā priuatio. ergo ⁊c. ¶ Item sequeretur q̄ ista corpora inferiora nō possent saluari nec ꝓseruari. hoc impossibile ē per naturā. ergo. p̄bat ꝓña. nā secūdū aristo. ꝑmo metheo. latio inferior continungitur lationi supiori vt tota virtus inde gubernet. ⁊ stat in hoc q̄ cū agēs ⁊ patiēs iuā vt p̄ sevl̄ aliud sint approximata sic q̄ si aliq̄ debeat iferi⁹ cōseruari virtute alicuius planete. ꝑmo planeta disponit aerez ⁊ alterat. ⁊ per ꝓña fit ꝓseruatio i istis iferioribus. ¶ Secūda ꝓpositio est ista. q̄ credo saluo iudicio meliori q̄ stante vltima spera deus posset oia corpora itermedia ⁊ infra sperā corrūpere. hoc p̄bat sic. quecūq̄ creata a deo sūt eēntialiter distincta ⁊ absoluta. ⁊ vnū ab altero non dependet: deus pōt vnū ꝓseruare oibus alys corruptis ⁊ anihilatis. ꝛz celū ⁊ ista iferiora sic se hñt: vt p̄z. celū enī est absolutū ⁊ eēntialiter distinctū ⁊ indepēdēs ab istis inferioribus. vt patet. ergo ⁊c. ñ ergo vī impossibile q̄n deus posset facere: licet eēt ꝓtra nāz. q̄ a terra vsq̄ ad celū non eēt aer nec ignis nec aliquod aliud corpus. ex quo sequit̄ q̄ p potētiā diuinā potest eē spaciū ab omni corpore separatū aptū recipere corpus. ōs enim ite⁊ posset creare terram ⁊ aerē ⁊ alia: ⁊ talia esse infra celū sicut prius: ⁊ oēs rōes que fierēt contra hoc procederēt naturaliter: vt si applicarent̄ predicte due rationes precedentis propositōis. ad secundū articulū. vtrū i vacuo posit eē motus. Quantum dicitur cōiter q̄ nō: imo si lapis ponerētur in celo ⁊ a celo vsq̄ ad terrā nullū eēt corpus intermediū simul esset in celo et in terra. p̄batur primo sic. q⁊ talis motus vel esset naturalis. vel violentus. nō nālis. q⁊ i vacuo nulla ē nā. q̄n motus naturalis determinatus ē quantū ad rias naturales que nō p̄nt esse in vacuo cum dicat solā priuationē. nec violētus. p̄batur de piectis. q̄n cū piectū a pyciente dimissum fuerit nō habet vnde moueatur in vacuo: cū piectio fiat in aere vt sagitta proiecta mouetur a partibus aeris. ¶ Itē argūitur rōne que reputatur demonstratio per aristo: qualis ē ꝓportio medy ad mediū in subtilitate ⁊ spissitudine: eadē ē ꝓportio motus ad motū in velocitate ⁊ tarditate. ⁊ tpis ad tpis in lōgitudine ⁊ breuitate. ꝛz posito q̄ aliquod corpus moueatur per mediū vacuū ⁊ per mediū plenū: nulla erit ꝓportio medy ad mediū in subtilitate ⁊ spissitudine. cū in vacuo nulla sit subtilitas nec spissitudo. ergo per ꝓña nulla erit ꝓportio motus ad motū in velocitate ⁊ tarditate. nec per ꝓña tpis ad tpis in longitudine ⁊ breuitate. sed ois tpis ad q̄cūq̄ tps dicitur eē aliq̄ ꝓportio. ergo oportet q̄ alterum illoꝝ sit in non tempore. sed motū eē in non tpe est impossibile. ergo impossibile est in vacuo eē motū. ¶ Itē positis duobus descēdētibus per idē mediū ciusde figure existentibus. que est ꝓportio grauitatis ad grauitatē eadē ē ꝓportio motus ad motū quātū ad velocitatē ⁊ tarditatē. si ergo esset motus in vacuo vnum graue velocius nō descēderet q̄ aliud. hoc ē impossibile. q̄n magis graue eo descendit velocius: q̄n est potenti⁹ ad scindendū. sed in vacuo nō oz ipm scindere. ¶ Item si motus fieret i vacuo mobile moueretur ad omnē partē. vel ad nullā. q̄n qua rōne ad vnā: eadē rōne ad aliā sed ad omnē nō potest. ergo ad nullā. ⁊ ita non esset ibi motus sicut etiā nec quies. q⁊ nō est magis rō quare q̄ esceret in vna parte ⁊ non in alia. ¶ Ad istas rōes rñdz gerardus odonis. quoniā nō videtur ꝓsonū intellectui q̄ si deus destrueret totū aerē q̄ lapis simul eēt in terra ⁊ in celo si caderet de celo. potest etiā sic p̄bari. quoniam si in vacuo nō posset esse motus hoc non esset nisi per resistētiā medy ad ipm mobile. Ista ꝓpō videtur aristo. in. 4. huius qui ponit q̄ successio in motu causat̄ ex resistentia medy ad ipm mobile. sed sine ista resistētia potest esse motus ⁊ successio in motu. ergo ⁊c. mior probatur. quoniam secundū veritatē ⁊ secūdū omnes theologos angelus potest moueri de celo ad terrā motu successiuo ꝛz hoc non sit philosopho manifestū. ⁊ tñ ista successio non fit ex resistentia medy cum nō sit corporalis. ergo ⁊c. vnde fuit dictū in prima q̄stione p̄mi huius. q̄ successio in motu potest causari vel ex resistētia medy vel ex parte termini qui non est natus acquiri impartibiliter vel ex parte finitatis mobilis. ex sua enim finitate non est natū acquirere aliquez terminū totum simul. ¶ Item omne quod transit de extremo i extremum prius attingit medium. sed vbi est prius et posterius ibi est tempus. vbi autem tempus ibi successio. ergo ⁊c. ¶ Item suppono q̄ esset vna basta magna affixa in terra: ⁊ suppono q̄ stante vacuo a celo vsq̄ ad terram aliquis lapis moueretur sic a capite lancee. et aliquis alius lapis eiusdem quantitatis inciperet etiā simul moueri a medio istius baste. tunc quero aut ille lapis qui mouetur a medio lancee est prius in terra q̄ ille qui mouetur a capite. vel simul. non enim simul. quoniā quando lapis qui mouetur a capite est vbi erat lapis alter. puta in medio: lapis qui erat in medio vel aliquid transiuit. vel nihil. si nihil. ergo non simul inceperunt moueri. quod ē cōtra suppositū. si aliquid transiuit. ergo prius est in terra q̄ alter. sed vbi est prius et posterius ibi est successio. ergo ⁊c. ¶ Ad p̄dictas rōnes aristo. respondet dictus doctor ꝛz rationes nunc adducte non sint sue. ¶ Ad primam dicit. q̄ motus naturalis ⁊ violentus possunt esse in vacuo. ⁊ quando dicitur q̄ motus naturalis determinatur naturalibus differētijs dicit q̄ differentie motus naturalis sunt in medio ⁊ in mobili. Ista ergo naturalitas potest esse ex parte mobilis ⁊ etiam ex parte terminorum ad quos mouetur. motus etiam violentus potest esse in vacuo. Et q̄n dicitur de motu proiecto ⁊. dico q̄ melius fieret in vacuo q̄ in pleno propter resistentie carentiā. ⁊ quando dicitur q̄ res proiecta in vacuo non haberet a quo moueretur sicut i pleno. dico q̄ res proiecta mouet̄ nālī virtute pycientis ⁊ nō a partib⁹ medy p q̄ fert̄. q̄ ap

paret de sagitta proiecta per aerez vñ ñ pōt itelligi vel dici q̄ moueatur ꝓpter ipulsū partiū aeris. sēsibiliter enim apparet q̄ aer ñ facit illuz motū: sz magis pstat ipe impedimētuz. g̃ ꝛc ¶ Ad scōz dico illa ꝓpositio maioz ē falsa. qm̄ ñ oz eadē ꝓportionē eē medy ad mediū i subtilitate ꝛ grossitate q̄lis ē motus ad motū in velocitate et tarditate: et tēporis ad tps i longitudine ꝛ brecitate Cuius ratio est qm̄ successio motus non solū est ex resistētia medy ad mobile vel motoris ad motū vel ad qō mouet: imo pōt eē ex ordie fozmarū acquisitarū naturaliter ordinataruz sicut apparet i motu corporuz supcelestiū vbi nulla ē resistentia medy ad mobile vl motoris ad ipm corpus qō mouetur cum nullū mediū ibi fuerit. ¶ Et si dicatur q̄ partes p̄oris resistūt ptib⁹ posterioribus. idez potest dici de motu grauiuz facto i vacuo q̄ partes p̄riores resisterēt posterioribus: qō absurdū est. ¶ Ad tertiā dico q̄ differētie tarditatis vl velocitatis p̄ouenire possunt: sicut ratio supponit ex differētia grauitatis maioris vel minoris supposita ideterminatione medy. ꝛ tūc dico q̄ successio que cātur ex solo ordine ipsoꝝ vbi acquirendoꝝ potest velocitari scōz magis ꝛ minus ex sola dīa grauitatis maioris vl minoris in mouētibus. ¶ Ad q̄rtū dico. q̄ nō mouet ad oēz partē: nec ad nullā. sed solū ad illā ad quā determinat grauitas vl leuitas: puta ad circūferētiā: vl mediū. nec gesceret sic quouscq̄ eēt in cētro si eēt graue vel i circūferentia si eēt leue. ¶ Si autē vis tenere opinionē Ari. potes respōdere ad rationes Ari. vt supza. q̄ forte loq̄batur disputatiue. si aūt vis tenere alias partē potes respōdere ad alias rationes: ad primā rationē. s. de motu angeli q̄ loquendo pḣice ꝛ secūdū naturā vel viaz pḣi q̄ angelus nō potest moueri. oē. n. q̄ mouet ē diuisibile fm ipsū. 6. ḃ⁹. ¶ Ad scōz ꝛcedo q̄ pr⁹ nā ē i medio q̄ in extremo. nō tñ prius tps. ¶ Ad tertiū dico. q̄ sequendo illā viā ois transitus negatur. vñ rō ē Arist. q̄ si esset dare vacuū qua ratione trāsiret mobile vl moueret ad vnā partē eadē rōe ad aliā: ꝛ sic posito vacuo nullus posset eē trāsit⁹. pōt ergo sic dici ad hoc tenēdo viā pḣi. Sz qd ē tenēdū scōz veritatē: vl vere mihi ponēdū q̄ deus posset ponere vacuū: ꝛ si vnus lapis caderet de celo ad terrā talis descēsus ñ eēt i istanti ꝓpter maximā distātiam inter celum ꝛ terram.

His visis rñdeo ad rationes p̄ncipales. ¶ Ad p̄mā dico recipitur in pleno. nec sequit duo corpora eē simul vt tu dicis. q̄ vno aduenīēte alterū recedit. ¶ Ad scōz de cineribus dico q̄ tria ꝯcurrunt que sunt causa huius. vnū est q̄ partes cineris includūt multas partes aeris que repellunt in ifusione aque. aliud ē q̄ cū humidū aque sit terminabile nō ꝓprio termio: sz bene alieno. ideo minorē locū occupat. Tertium est. q̄ ꝛtraria apta nata sunt agere ꝛ pati adinuicē: sz iter cineres ꝛ aqtā ē ꝛtrarietas q̄litatū rōne cuius accidit ꝛtrarietas ex vtraq̄ pte. iō illa tria sufficiūt i rōe vnius cāe efficientis. ¶ Ad tertiū de candela dico q̄ boc posito q̄ aqua ascēderet ꝛ aer rare fieret. ꝛ ideo ñ oz q̄ generet de nouo nec aer nec aqua. ¶ Cōtra. q̄ cōtra naturā aq̄ est ascendere cū sit grauis. Dico q̄ sz sit cōtra naturā particularem q̄ graue ascēdat: tñ q̄n natura particularis nata est obedire nature vniuersali ꝛ regimini totius vniuersi qō maxime abboz̄ret sui dissolutionē ꝛ iterruptionē: ideo hoc fit ne vacuū relinquat. ¶ Ad q̄rtuz dico q̄ si eēt aliquod tale vas in quo nō posset itrare aer q̄ vas rūperetur virtute totius vniuersi: ꝛ in tantū nā vacuū abboz̄ret. ¶ Ad quintū dī q̄ ibi intercipit aer quantūcūq̄ loco frigido applicetur siue calido saltez virtute regitiua totius vniuersi: q̄ aer postea rarefit: ꝛ simul cum aere circunstante sufficit ad replendū locū ꝛ si non eēt possibile adhuc virtute regitiua totius vniuersi nō erit possibile vnā ab alia eleuari. Cum dicitur q̄ applicet tabula aque: dico q̄ circa partes centrales tabule insequetur tabula per tatū spaciū per quantuz pōt aer locū illū attingere ꝛ replere: ꝛ volenti experiri boc erit manifestū. ¶ Ad sextū dico q̄ scōm veritatez ꝛ secundū theologiā boc est bñ verū q̄ deus posset facere mūdū maioze q̄ sit: boc aūt a pḣis non concedit. vniuersum inquā secundū philosopbū est perfectū ꝛ sibi repugnat additio. ¶ Ad aliud arguit de possibili nō secundū naturā: sed apud potentiā diuinā. lz enim substantia sit prioz omni accidēte. non tamen potest ab oi separari. lz igitur locus sit prioz omni corpore locato: ñ tñ potest separari ab omni: sed bene ab isto vel ab illo.



Queritur primo circa capitulum de tempore. Utruz tēpus sit aliqua entitas ꝓter animam existēs. Et videtur q̄ non. quia cuiuscunq̄ totius partes nō sunt ꝓter animā. sed nec ipm est ꝓter animā. sed partes tēporis nō sunt ꝓter animā. ergo ꝛc. maioz pz. q̄ totuz dependet a suis partibus. minoz probatur. quia partes temporis sunt ꝓteritū ꝛ futuꝝ: ꝛ tamen ꝓteritū ꝛ futuꝝ non sunt: quoniā quod fuit vel erit nūc non est. ¶ Cōfirmatur. omne dīstitutū ex partibus si ē in actu requirit omnes partes in actu. sed partes tpis nō sunt in actu. ergo ꝛc. ¶ Item illud cuius esse consistit precise in ordine non entis ad nō ens illud tale nō est aliqua entitas ꝓter animā. sed tempus est huiusmodi. ergo ꝛc. maioz pz. ꝛ minoz probatur. quoniā tempus consistit in ordine ꝓteriti ad futurū que non sūt ¶ Item impossibile est q̄ vni ꝛ eidem enti reali debeatur realiter cōtinuitas ꝛ discretio: sed tempus est qd continuū. ꝛ dicit etiam discretione: cum sit numerus motus. ergo ꝛc. maioz patet. quia sunt distincte et oppositе differentie quantitatis. ¶ Item numerus est ab anima. sed tempus est numerus. ergo ꝛc. maioz ꝓbat inferius in boc quarto. minoz etiā pz i codē. 4. ꝓ aristo.

In oppositum Motus est ꝓter aiaz. g̃ et tempus. añs pz. q̄ si nullius intellectus eēt adhuc eēt motus asini ꝛ asinus moueretur. ꝓntia ꝓbatur. q̄ tps ē passio motus ꝛ mensura.

Rñdeo Ubi sic ꝓcedā. ꝓmo videbitur qd sit tps. Secūdo si ē ꝓter aiaz. Tertio mouebo aliq̄ dubia circa tempus. ¶ Quantū ad primū est sciēdū q̄ tps ꝓpter sui minimā entitatē ē nobis mltū imāifestū. vñ aug⁹. xi. cōfes. c. xi. sic dicit. Dñe vsq̄ nūc nescio qd sit tps. ipi⁹ g̃ entitatē ꝛ ꝓpriā diffinitōez bre nō possum⁹ i hac via: lz sufficit mō descriptorio ei⁹ nāz aliq̄lr inuestigare. ꝛ iō sciēdū q̄ ē opi. aureoli. g̃ ponit q̄ tps nihil aliud ē q̄ successio mot⁹: siue oīuz succedētiū vñ ē moza vl successio mot⁹ ꝛ oīuz mutabiliū. ꝛ ḃ ꝓbat tps formalr nō ē nisi ꝑus ꝛ posteri⁹ ꝓximitate addita. sz ꝑtas ꝛ posteritas nō sunt aliud formalr q̄ qdā successio bñs ptes ꝑes ꝛ posteriores. g̃. ar⁹ pz. q̄ tps

nō ē formalr aliud cū ꝓteritū ꝛ futuꝝ. sed hec formalr nō sūt nisi ꝓtius ꝛ posterius. vñ ꝓteritū nō ē aliud nisi q̄ dā ꝓpositas respectu futuritōis ꝛ pñtialitat]. mior ꝑz. qz successio nō ē aliud cū hoc post hoc: ꝛ instās ꝓtius trāsiens futuꝝ excedēs. successio g̃ nihil aliud ē cū illa ꝓioritas ꝛ posteriozitas. ꝛ hec vr intētio augus. xi. cōfes. capitulo. xi. tps nō est aliud cū discretio successinoꝝ. dicit discretionez que idē vr esse quod successio. nō dicit aūt extēsionē. qm̃ hoc nō videt ee nisi i pmanētib⁹. ¶ Itez Auicē. i. z. li. suoꝝ phi. dicit q tps nō ē nisi ꝓtinuitas motus. nō ꝓtinuitas permāsiua. ergo successiua. hoc autez nihil ē aliud cū successio. ergo ꝛc. ¶ Alr describit tēpus Aadulphus dicēs q tps ē cūtitas ꝓtinua successiua et mora mot⁹ distincta ab eo in quo ifingit ꝓtius ꝛ posterius ad mēsurādū motū. ¶ Alr dico. vbi sciendum: q in tēpore ē aligd māle ꝛ aliqd formale. ē. n. spēs gn̄is cūtitatis: ꝛ in q̄libet spē ē reperire ista. māle igitur i tēpore ē illud i quo cū alys ꝓuenit. ꝛ hoc ē cūtitas siue ꝓtinuitas. formale vo ē illud per quod differt: ꝛ hoc ē hēre partes successiuas ad istās itrisece copulatas. ꝛ hoc solū sibi ꝓpetit et nulli alteri. ¶ Ex bis igitur duobus possumus describere sic tpz tps. tps ē cūtitas ꝓtinua successiua hns partes q̄ sūt ꝓteritū ꝛ futuꝝ ad istās itrisece copulatas. vñ ꝓtinuitas mot⁹ ē alia a ꝓtinuitate tēporis. ꝓbatur sic. ꝓtinuitas cuius ꝓtinuatiuū ē alteri⁹ rōnis ipsum ē alterius rōis. sed ꝓtinuatiuū tēporis et motus sunt alterius rōnis cū instans et mutatum ee. ergo etc.

Quantum ad z^m^ articulū. primo ponā cclusiones intentā. 2° ad eius declarationē ponā quedā ꝓambula. cclusio igit ē ista. q tēpus bz ee formaliter ꝛ cūtū ad eius totā entitatem extra aiaz vñ nō imaginor sicut qdā q sit formalr ab aia ꝛ mālit ꝓter aiam. qm̃ ex entitate ex aiam ꝛ in aia nō fit aliqua entitas. pono igit q ē oi actu itellcūs circūscripto. boc ꝓbatur sic. nullus effcūs imediat⁹ ab ente ex aiaz. vputa a deo dicitur ee effcūs itellcūs mei vel tui vel cuiuscūq̄. sed tēpus ē b⁹i. per augu. super gen̄. ad litterā. ergo. ꝛc. ¶ Itē sine oi effectu aie pōt ee realis trāsit⁹ a ꝑrio in ꝑriū ꝛ ꝺcōrio i ꝺcōriū. sed hoc nō pōt ee sine tpe. g̃. maior ꝑz. qz aq̄ oi actu itellcūs circūscripto pōt fieri de calida frigida ꝛ de frigida calida. minor ꝓbat. qz talis trāsit⁹ a ꝺcōrio i ꝓtradcōriū ꝛ a ꝓtrario i ꝓtrariū supponit nēcio vtrūq̄ ꝓtradcōrioꝝ vel ꝓtrarioruz nullo mō ee sil: ꝛ vnū prius ꝛ aliud posteri⁹: q̄sūt ipm tps. supponit ēt q̄ ꝛ q̄n. q̄n ām ē ex adiacētia tpis. g̃ ꝛc. ¶ Itē ieo nō ē tps scōz ee formale ꝓpriū in quo opposita tpis n̄ hns oppōez ꝛ repugnātiā. sed opposita tpis nō hns repugnātiā opposita i ee appbēso. g̃ ꝛc. maior ꝓbatur. qz q̄cūq̄ opponūtur hns oppōnē i illo i quo hns suum ee formale. vbi gra albū ꝛ nigrū sūt opposita ꝛ hns eēi sensu ꝛ itellcū obiue. ꝛ me?ꝛ i cā ꝛ i subo. ꝛ nullā oppōnē hns i itellcū. qz sil pñt itelligi. nec i visu. qz simil pñt videri. nec i cā. qz ibi sil pñt ee. nec i medio. p eādē rōnē. sz tm̃ hns oppōnē i subo vbi ē ee formale eoꝝ. minor ꝓbatur. qz opposita tēporis scōz aug. ꝛ phz. 4. phi. sūt prius ꝛ posteri⁹. ista aūt i appbēsiōe aie sūt sil nā. i. i nāli itelligētia: vt bn̄ i ꝑdicamētis. ¶ 4° sic. i illo nō est tps formalr a quo vel in quo oia tpalr gesta nō hns sil tatē ꝓpinquitatē ꝛ posteriozitatē. sed hoc hns i ee appbēso. ꝓbatur minor. qz illa q̄ fuerūt sil facta vnū pōt itelligi sine alio vel prius alio. illa ēt quoꝝ vnuz fuit ꝓus alio pñt simul itelligi. vel posterius fcm̃ pōt itelligi prius. g̃. ¶ Itē nullū factū ab aia ē vere ens reale. sz illud qđ nō ē ens reale nō ē de ꝺsideratōe pbysici. g̃ a primo ad vltimū tps nō ē de ꝺsideratōe pbici. qđ ē falsū. ¶ Pro cuidētia tm̃ b⁹ ꝺsideratōis ē sciēdū q tps pōt sumi vel ꝺsiderari duplr. Uno mō cūtū ad eius ꝓtinuitatē siue pro illa extēsiōe i fluxu ꝓtinua. ꝛ sic circa ei⁹ ꝓtinuationē nihil facit aia. Alio mō cūtū ad ei⁹ discretionē pcipiēdo. s. ꝛ distīguēdo illud qđ ꝓteruit q̄si iā acgsitū ꝛ pertrāsitū ab illo qđ futuꝝ ēt in sui futuritōe ē. ꝛ vnūquodq̄ istoꝝ ꝺsiderādo iter terminos ꝓprios ꝓteriti vt ꝓteriti. ꝛ futuri vt futuri nō ꝺsiderādo ipsoꝝ ꝓnexionē i pñt⁹ idiuisibili. ꝛ sic bn̄t nāz discretoꝝ. et isto mō aia se bz ad ista nō solū vt cognita sunt ab ea sed q̄si tali esse cognoscibili preciso ꝛ discreto posita. talē. n. discretōez ꝛ precisionē nō hns nisi ab aia. hoc ꝓbat. qz cuicūq̄ ex nā rei inest ꝓtinuitas eidē ex nā rei nō iest discretio. pz qz sunt opposite rōie cūtatis. sed tēpori ex nā rei inest ꝓtinuitas. ergo ipossibile ē q sibi ex nā rei sit discretio ista igit discretio accidit tpi. 1z b⁹ oppositū franciscus bleth dicat: q ꝓtinuitas vel ꝓtinuatio ē qd māle i tpe. discretio vo ē qd formale. ꝛ pmū nō ē ab aia sz scōz bn̄ ita q ex bis duob⁹ entitas tpis integrat. ¶ Cōtra. qz due rōie eiusdē gn̄is nō pñt eādē rē ꝓstituere. ¶ Itē aristo. enūerās cūtates discretas ponit solū nūerū ꝛ oꝛōem. ¶ His pmissis pono aliq̄ ꝓambula. ¶ Primū ē q nā cuiuslibet ꝓtinui siue permanētis siue successiui i ꝑ stat q ei⁹ partes ad aliqđ idiuisibile itrisece copulāt. ppē qđ hns vnitatē ꝛ ꝓtinuitatē. quo facto i actu vel precisio ipsa nō hns vltra ꝓtinuitatē. ꝑ pz. due enī partes linee copulātur ad punctū ꝛ per ipsū: quo precisо vel facto i actu iā eēnt discōtinua. hoc ēt pz per aristo. i ꝑdicamt]. ¶ z^m^ pambulū ē. q alr hns eē permanētia ꝛ alr successiua. permanētia inquā ad eoꝝ actualē exñtiā regrunt oēs partes actualr exñtes simul. nō sic aūt successiua sed solū sufficit q eoꝝ partes sint ad aliqđ indiuisibile copulate. ꝛ ex ꝓnexiōe ad illđ hns eoꝝ exñtiam. nō enī regrūt q sint eoꝝ partes simul exñtes. ¶ 3^m^ pambulū ē q 1z istās. nō sit tps nec pars tpis: per exñtiā tm̃ istātis actualē tps dicit eēi actu. vñ nō regrit ad ꝑ q tps sit i actu nisi q sit i actu aliqđ idiuisibile cōtinuās partem ꝓriorē cū posteriori. ¶ Declarat boc exēplo. 1z enim caput bois nō sit bō tm̃ tot⁹ bō denoiat crispus ex eo q crispitudo informat caput siue est in capite. ex quibus pz de

Quantum claratio entitatis temporis. ad tertiū arti. vbi erant aliq̄ dubia mouēda. ¶ Prima dubitatio ē. vtrū sit vnū tps oiuz rerū tēporaliū. vel vtrū repugnet formali rōni temporis multiplicari. ¶ Rñdeo. vbi sciēdū q ē vna opi. aureoli q̄ etiā videt phi ꝛ ꝓmētatoris. q oiuz tēporaliū ē vnicū tps. ꝛ boc ꝓbat sic a dicto doctoꝛe. qz tps cōstituit per fluxū ipius nūc. sed impossibile ē ee nisi vnū nūc. ergo impossibile ē ee nisi vnicū fluxū. ꝛ per ꝛ nisi vnicū tps. maior ꝑz i sil. fm eni imagiationē matbematicoꝝ punct⁹ fluēs causat lineā. sic etiā nūc fluēs causat tps. minor ꝓbat. qz seqret q rex francoꝝ nō posset simul currere ꝛ ego log. ꝓbat. qz nulle due actōes q̄ sūt facte in alio ꝛ alio nūc pñt esse sil. sed si eēnt plura nunc non eēnt facta in eodē nunc. ergo ꝛc. Eadem rō pōt adduci de tpe. nulle eni due actōes facte in alia ꝛ in alia parte tpis pñt esse simul. sed si cursui petri ꝛ locutōi alexādri

cozrñderet aliud z aliud tps nō essent scē in eadē parte tpis vel i eodem tpe. ergo petrus nō posset sil'currere z alexāder log. hec videt ētētio pḥi. q̄rto huius g ponit q̄ idem ē tps oiuz tpaliū z oiuz q̄ sūt i terra z i mari. Illa opinio nō placet. iō dr alr. p cuius euidētia ē sciendū q̄ cū tps ꝛsequaf motū. iō sicut motus distiguif sic z tps iō ē ꝑma distictio de motu. q̄ gdā est motus cois z ꝑmus z iste ē motus ꝑmi mobilis g regulat oēz aliū motū. alius ē motus scōs particularis vt motus mobiliū particulariū. ¶ Scōa distictio ē de tpe: q̄ tps ē duplex. qōdā cōe z gñale cuiuscūq̄ motus pticularis passistentia mēsure z motus ꝑmi mobilis: mēsura p iberētiā. q̄ soli illi iberet tanq̄ subiecto z nulli alteri: z istud ē tps cozrñdēs ꝑmo motui ꝑimi mobilis. ¶ Est ā aliud tps spāle z pticulare q̄si spāl'r z pticulariter sūptuz. z istud vt sic cozrñdet motui particulari z sibi exīter iberet. ¶ Hoc ꝑmisso pono duas ꝛclusiones. ¶ Prima ē ista. q̄ oium tpaliū est vnicū tps: qō quidē vt dictū ē ē oiuz aliozꝝ motuū mēsura extrīseca. hoc ꝓbaf. oiuz motuū ē aliquis motꝰ ꝑimꝰ ipsoꝝ regulatiuus. g oiuz erit vnū tps. añs ꝑz. 8. huius: z per totā ꝓbiaz. ꝓñtia ēt ꝑz. q̄ tps ꝛsequif motū ꝑimū tanq̄ passio. de isto tpe dicit Ari. q̄ impossibile est ipm plurificari sicut nec mobilia ꝑima nec motus ꝑimi. in oī. n. genere entiū ē dare vnū ꝑmū ad qō oia alia reducunf. ¶ Secunda ꝛclusio est. q̄ tēpus pticulare vel speciale necessario plurificaf ita q̄ ad plurificationē motuū taliū necessario sequif plurificatio tēpoꝝ. ꝓbaf sic: nō repugnat rōi prioris z posterioris plurificari. g nec tēpori repugnat plurificari. ꝛña ꝑz. q̄ ꝑrius z posterius sūt tps. z sil'r ꝑteritū z futurum sūt ipsū tēpus: vt ēt dicit ꝑdictus doctoꝛ vt recitatū est in ꝑimo articulo. añs ꝑz. q̄ cuilibet motui cozrñdet ꝑ ꝑriū ꝑrius z posterius. qm oē qō bz aliā z aliā successionē bz aliud z aliud ꝑrius. z aliud z aliud posterius. hoc ꝑz. q̄ oē successiuū bz partes ꝓozes z posteriozes. g qō ē aliud z aliud successiuū bz alias z alias partes: z per ꝛñs aliud z aliud ꝑrius: z aliud z aliud posterius. sz alius z alius motꝰ bz aliā z aliā successionē: q̄ ē aliud z aliud ens successiuū. g ꝛc. ¶ Itē impossibile ē q̄ sit aliqs motus siue exīntia tꝑoris positiua q̄ sit eius mēsura. ista ꝑz cuilibet pḥanti. q̄ ois motus tpe mēsuraf: sz cessante motu ꝑimi mobilis: z ꝑ ꝛñs ꝑimo tpe cozrupto z cessāte: cū definat ad definitionē motꝰ: pōt eē aliqs motꝰ hic iferiꝰ. g oz q̄ aliquo tpe mēsuref. sz nō tpe ꝑmo: cū illud nō sit. hoc supposito. g oz q̄ sibi cozrñdeat ꝓpriū tps: ita q̄ sit eiꝰ mēsura. minoꝛ ꝓbaf ꝑ sacrā scripturā z rōe. ꝑimo sic. q̄z i Josue plane bf ad lram. q̄ cessante motu celi posset moueri rota figuli. Rōne ēt: q̄z ōs posset absoluta distincta cēntialr quoꝝ vnū ab altero nō ō pēdet facere vnū sine alio. illa sūt b9i. g. ¶ Itē q̄cūq̄ sr cēntialr idistincta vno plificato alteꝝ plurificaf vel pōt plificari. sed motꝰ z tps sūt cēntialr indistincta. vt ꝓbaf inferiꝰ. ergo. ¶ Itē q̄ñcūq̄ aligd ē ꝓpria passio alicuiꝰ spēi ēt ē passio cuiuscūq̄ idiuidui eiusdez spēi. sed tps ē ꝓpria passio ꝑmi mobilis ꝑm aristo. z ꝑmetatozē. ergo z cuiuscūq̄ motꝰ eiusdē spēi. sed plres sūt motꝰ eiusdez spēi. q̄z sūt plres ad eūdē terminū specifice. saltē motus aliꝝ sperꝝ. Dices iquā ad quē terminū ē ille: q̄z alios motꝰ ad eūdē terminū specifice tibi dabo. sed multiplicato subo multiplicaf eiꝰ passio: ergo multiplicato motu multiplicatur z tps. maioꝛ ꝑz. q̄z passio nō segtur ꝑ cise indiuiduū. cātur. n. a ꝓpriꝰ ꝓncipiꝰ spēi. ergo segtur necessario q̄ tps possit multiplicari. ergo. ¶ Ad rōnē aureoli rñdeo z dico q̄ nō ē vnū nūc tm. ad ꝓbōnē cū dr q̄ rex frāc oꝝ nō posset currere z ego sil'log. nego ad ꝓbōnē q̄z nulle due actōes q̄ sūt facte in alio et alio tpe ꝛc. vez ē si sint facte in alia z alia parte tpis ꝑimi: vel in alio z in alio istāti tpis ꝑimi z cois. vñ dictū ē q̄ tps ꝑmū z coē ē mēsura oiuz tpaliū extrīseca z per assistētiā: qñ ergo aliq̄ due actōes simul existūt z mēsurāf eadē parte tpis ꝑmi tūc dñr eē facte simul. nō igit dñr eē fcē sil'r eo q̄ sūt i alio z alio tpe particulari: sed q̄z sūt facte in alia z i alia parte tpis ꝑmi. ¶ Ad aristo. dr q̄ ité dit ō tpe ꝑmo z ō illo qō ē mēsura oiuz cois z extrīseca

Secunda dubitatio ē vtrū tps sit per se q̄titas ꝛtinua. q̄ nō sit q̄titas ꝓbatur. quia q̄titas ꝛtinua ē diuisibilis in ea q̄ sibi īsūt. 5. meta. partes aūt tēporis nō sūt: q̄z fuerūt vel erūt. ergo. ¶ Item i eodē. c. dicit ari. q̄ tps ē q̄titas p accīs. q̄z per accīs ē diuisibile. diuisibilitas. n. ē passio q̄titatis. ¶ Itē q̄ nō sit q̄titas ꝛtinua ꝓbaf. qm est numerus motus. 4. huius. numerus autem est quantitas discreta.

Rñdeo Ubi sciēdū q̄ ē vna opi. aureoli g ponit duas ꝓpōnes. ¶ Prima ē q̄ tps acceptū per modū q̄titatis indeterminate ē q̄titas ꝛtinua z ñ discreta. ¶ Secūda ꝓpō ē q̄ tps acceptū per modū q̄titatis determinate z mēsurate ē q̄titas ꝛposita ex cōtinua z discreta. ¶ Ad cuiꝰ euidētiā ꝑmittit q̄ duplex ē q̄titas. q̄dā indeterminata: vt q̄titas nō reducta ad certū numeꝝ z mēsurā: vt cū dico lineaz absolute vel superficiē ē aliq̄ q̄titas determinata: vt q̄titas reducta ad cer ū numeꝝ z mēsurā. vt cū dico bicubitū tricubitū vel lineā triū palmoꝝ vel q̄ttuoꝛ: z sic de alys. ¶ Juxta q̄ sciēdū vt dicit q̄ ꝓbꝫ ꝑm. io. metha. ꝓima rō mēsure inuenit in q̄titate discreta z trāsfert ad q̄titatē ꝛtinuā. z hic ē q̄ nūq̄ q̄titas ꝛtinua pōt aliquid mēsurare nisi vt reducta ad certum numeꝝ z mēsurā. sicut linea absolute nō dr mēsurare. sed linea duoꝝ palmoꝝ vel trium ꝛc. que est reducta ad certū numeꝝ dicitur mēsurare. sic ꝓportionabil'r dicitur de tēpore q̄ pōt sumi dupl'r. vno modo vt est q̄titas indeterminata alio mō vt est quantitas determinata. ꝑimo mō ē absolute ipsa successio: adhuc tñ nō reducta ad certū numeꝝ vel mēsurā. secūdo mō ē q̄titas reducta ad certū numeꝝ z mēsurā. z isto mō tps ē ꝑius z posteriꝰ vt numerantur in motu. vel est ipsa successio sic numerata. z vt tps dicitur sic q̄titas numerata vt ānus vel mēsis vel dies. ¶ Hoc ꝑmisso ꝓbant ꝓdicte due ꝓpōnes z ꝑimo ꝑima sic. tps vt ē q̄titas indeterminata non est aliud q̄ successio: sed successio est quantitas continua. ipsa enim successio est quedā ꝓriozitas z posteriozitas ꝛtinuata ad aliquē terminū cōez. est enī futuritio z ꝑteritio ꝛtinuata ad ꝑns. ergo. ¶ Confirmaf. quia sicut linea absolute ē q̄titas ideterminata ñ discreta cū non icludat nūeꝝ sic dico ō tpe. ¶ Zª ꝓpō ꝓbaf sic. q̄z oē icludēs ꝛtinuitatē z nūeꝝ ē q̄titas ꝛposita ex ꝛtinuo z discreto: sz tps vt ē q̄titas ꝛteriata ē bꝫ. g ꝛc. minoꝛ ꝓbaf. q̄z ipz tps icludit ꝛtinuitatē. ꝑz. q̄ñ partes tpis copulātur ad indiuisibile. q̄ aūt includat numeꝝ z discretionē ꝓbaf. nā impoſe ē q̄titatē certificari nec determinari nisi reducaf ad certū numeꝝ. nā impoſe est ō linea certificari q̄ta sit nisi vt sit reducta: vt dicam⁹ lineā duoꝝ pal

mox. silr impoſe eſt recipe annū vt ē q̄titas determinata niſi reducēdo ad certū numer̄ z mēſurā: z ſic ō alius et hec eſt plana intētio ꝓmēdatozis in. 4. huius. ꝓmēto ſecundo. qui ponit tempus cōponi ex ꝓtinuitate tanq̄ ex materiali: z ex diſcretione tanq̄ ex formali.

Contra iſtā ꝓpōnē arguitur. quia impoſſibile ē alicui ſpēi alicuius generis ineſſe duas oppoſitas dzias eiuſdē generis diuiſiuas. ſz cōtinuitas z diſcretio ſunt dzie oppoſite quantitatē diuidētes: vt pz i p̄dicamētis. ergo zc. ¶ Jtē nulla entitas que bz eē p̄ciſe per ꝓtinuitatē z copulationē vnius partis cum alia eſt intrinſece diſcreta. ſed tp̄s bz eē bn̄. ergo zc. maioz pz. q̄m ſi aliquod oppoſitū ē cauſa alicuius ita q̄ p illud bz eē p̄ciſe: aliud oppoſitū ſibi repugnat z eſt cā ſui nō eē. hoc de ſe pz. z etiā per illā regulā. ſic oppoſitum in oppoſito z ꝓpoſitū in ꝓpoſito. minoz pz. dicas enim tu mihi quod eē bñet tp̄s niſi partes copularent. z quō bz eē niſi per ꝓtinuitatē. dictū ē enim in p̄ambul' ſecundi articuli q̄ ſucceſſiua ſolū bñt eē per hoc q̄ partes copulantur ad aliquod indiuiſibile. ¶ Cōfirmatur nullū eēntialr diſcretū ē eēntialr nō diſcretum. ſed oē eēntialiter cōtinuū ē eēntialr ñ diſcretū. q̄m oē ꝓtinuū dicit ip̄ciſionē z indiuiſionē cū ꝓtinuitas ſit quedaz vnitas. diſcretū aūt dicit inciſionē z diuiſionē. diſcretio enī arguit m'titudinē. ergo zc. Unde ariſto. enumerās q̄titates diſcretas ſolū ponit numerū z oznōnē. vnde ſolum ponit ip̄m tp̄s inter quātitates ꝓtinuas. z tñ ſi eēt etiā diſcreta enumeraret ip̄m inter diſcretas. ſi igitur iſta opinio tendit q̄ tpi eſt ꝓtinuitas intrinſece z diſcretio. credo q̄ ſit falſa. etiā nō dubito ſalua ſua gratia. Si aūt itelligat q̄ ꝓtinuitas eſt ſibi intriſeca q̄ſcretio vero accñtalis. in quantū. ſ. anima intelligit vnā partez vt p̄ciſam ab alia ſic bene concederem.

Et ideo dico aliter ponendo duas ꝓpōnes. ꝓma eſt. q̄ tempus eſt per ſe quātitas. hoc ꝓbatur ſic. omne quod per ſe z ex natura ſua bz partē extra partē eſt per ſe quantitas: tempus ē bn̄. ergo zce. minoz pz. q̄m p̄teritū z futur̄ ſunt partes tpis per ſe. q̄z nulli alteri ꝓpetūt. vnde cū partes ſpatij ſint ꝑmanētes: partes vero tpis ſucceſſiue. partes vero tpis et ſpatij nō p̄nt eē eedē. Et itez q̄z aliquod mobile poteſt trāſire aliquod ſpatiū maius in minori tpe q̄ aliud in maiori tpe. ¶ Jtē illud quod bz ꝓpriā extēſionē habet ꝓpriam quātitatē cū extēſio ſit paſſio quātitatis. ſz tēpus habet extēſionē ꝓpriā aliā ab extēſione ſubi z ſpatij. pz. q̄z extēſio realr fluēs ē alia ab extēſione realiter ꝑmanēte. extēſio aūt tpis ē fluēs: ſpatij vero ꝑmanēs. ¶ Jtē cui ꝓueniūt paſſiones ꝓprie ſm ſe quātitatis z ꝓpinq̄ſſima rō quantitatis illud tale ē quantitas per ſe. tempus ē huiuſmodi. ergo zc. minoz pz. q̄z longum z breue per ſe cōueniūt tpi. ſilr rō mēſure quātitatiue q̄ eſt rō quantitatis. ergo zc. ¶ Secūda ꝓpoſitio ē q̄ tp̄s eſt per ſe quātitas per ſe ꝓtinua. ꝓbatur. cuiuſcūq̄ partes intrinſece copulant̄ ad aliquē terminū coēz illud ē per ſe quātitas ꝓtinua. tp̄s eſt bn̄. ergo zc. maioz patet i p̄dicamētis. minoz etiā pz. q̄z eius partes copulātur ad nūc. 4. huius. ergo illa rō aureoli nō ꝓbat niſi q̄ diſcretio inſit ſibi tanq̄ accñs: vt ſi dicerē lineā trium palmoz dico ipſam lineā ſubſtratā ternalitati que eſt accñs eius. vnde ſic dicēdo dico vnum ens per accñs. ¶ Ad rōes in oppoſitū. ad p̄mā que ꝓbat q̄ non ſit q̄titas dico q̄ partes tpis nō ſunt actuate actualitate p̄ntialitatis. ſed bñ ꝓtinuatiōis z copulatiōis. vel dicit̄ q̄ eſt diffinitio quātitatis ꝑmanentis. ¶ Ad aliud dico q̄ tempus ē quantū per accñs cāliter. q̄m ſuā quātitatem trahit ab alio. formaliter aūt eſt ens per ſe. ¶ Quātum ad aliud dico q̄ eſt numerus. i. menſura motus.

Tertia dubitatio ē iſta. vtrum tēpus realiter diſtinguat̄ a motu. ¶ Rñdeo vbi ponaz tres vel quatuoz ꝓpōnes. ¶ Prima eſt: q̄ tp̄s quod ē in motu p̄imi mobilis ſubiectiue diſtinguit̄ realiter a motibus inferioribus quos menſurat. hoc ꝓbatur ſic. q̄cunq̄ ſunt adinuicē p̄ciſibilia nō ſunt idem realiter. ſed tēpus p̄imū z motus inferiores ſunt huiuſmodi. ergo zc. minoz ꝓbatur. q̄m ſi nullus eſſet motus hic inferius adhuc poſſet celum moueri: z per ꝑns eſſet tempus. ſimiliter ceſſāte motu p̄imi mobilis: z per ꝑns eius tpe adhuc hic inferius eſſet motus. vt ꝓbatū ē. ſ. ¶ Jtez quādocūq̄ duo accñtia ſunt in diſtinctis ſubiectis ſūt diſtincta realr. tēpus p̄imi mobilis z motus inferiōz ſunt bn̄. ergo zc. ¶ Secūda ꝓpō ē. q̄ pars tpis p̄ioz diſtinguitur a parte motus poſteriozis. hoc ꝓbatur. omne accñs quod ē idē realiter cum ſubiecto alicui in illo ſubiecto non diſtiguitur. ſed pars tēporis p̄ioz nō ē in parte motus poſteriozis. q̄z tunc mēſuraret eam. et tunc eēt p̄ioz z nō poſterioz quod eſt falſū. ſilr dico de parte poſteriozi tēporis z parte p̄iozi motus. ſicut enī ſe bz ſubm̄ ad ſubm̄ ita accñs ad accñs. ¶ Tertia ꝓpoſitio eſt q̄ ꝓparādo totū tēpus ad totū motuz p̄imi mobilis tempus p̄imū nō diſtinguitur realr a motu in quo eſt ſubiectiue. ſilr tēpus ſpāle nō diſtinguitur realiter a motu i quo eſt. ꝓbat̄. oē abſolutū p̄ius nā alio diſtinctū realr ab illo pōt per diuinā potētiā ab illo ſeparari. iſta pz ifallibilr. deus. n. pōt ſeparare q̄cūq̄ abſoluta nō dependētia. q̄re. n. deus nō pōt hec duo ſeparare certe bn̄ ē ꝓp dependētiā adiuicē vel ꝓpter eoz realem idētitatē. ſz ipoſſibile ē per aliq̄ potētiā motū eē ſine tēpore. bn̄ pz. q̄z nō pōt eē motus q̄n ſit p̄ius z poſteri° z aliq̄ pars p̄terita z aliq̄ futura: hec aūt ſūt ip̄m tp̄s. g. ¶ Jtē tp̄s ē paſſio mot°. paſſio aūt nō diſtiguit̄ a ſubo. vt ſuppono. ꝓbatū. n. fuit i ꝓmo li. g. ¶ Quarta ꝓpō ē q̄ tp̄s diſtiguit̄ formalr a motu. pz. q̄m paſſio diſtiguit̄ formalr a ſubo. vñ tp̄s addit ſupra motū reſpcūz aptitudinalē. vñ ſicut riſibile addit ſupra boiez reſpcūz aptitudinalē: ſic ēt tp̄s ſupra motū. vñ ſic accidit boi. q̄ actu rideat. ita accidit mobili q̄ actu moueat. addit igit̄ tp̄s ſupra motū numerabilitatē. tp̄s igit̄ z mot° ſūt idē māliter: diſticta tñ formalr. ¶ Ꝫ tertiā ꝓclōez arguit̄ ꝓmo ſic. q̄cūq̄ adiuicē referūt relōne reali illa talia nō ſunt idē realr. q̄z oīs relō realis regrit duo extrema diſtincta realr. q̄m relatiua ſūt quoz eē ē ad aliud. igit̄ relatiua realia ſūt quoz eē ē ad aliud realr. ſz tp̄s z mot° ſūt bn̄. pz. q̄m ſe bñt ſicut mēſura z mēſuratū. ¶ Confirmat̄. idē ad ſe nō referr̄ relōe reali. ſ. met. ¶ Jtē cuiuſcūq̄ partes copulāt̄ ad aliquē cōez terminū eēntialr habēt eēntialr aliā z aliā ꝓtinuatōez: z per ꝑns eius q̄titas eſt diſtincta eēntialiter. ſz mutatū eſſe ad q̄ copulāt̄ partes motus: z iſtās ad q̄ copulant̄ partes tēporis nō ſūt idē eēntialiter. ergo zc. ¶ Rñdet̄ ad ꝓmam dico q̄ mēſura extriſeca referr̄ realiter ad mēſuratū. z ſic cōparādo tēpus cōmune ad motus iferiores ſic ipſa diſtinguūt̄ realiter. ¶ Ad ꝓfirmationē p idē dico. ¶ Ad ſcōz

dico q nunc ꝛ mutatum eē sunt idem eēntialr. tñ diſtincta ex natura rei. ꝓpter quod diuersa nomina ſortiūt.

Quarta dubitatio est ista. vtrū tps sit passio vel sequela motus. ℟ndeo vbi sciendū q ē vna opinio gerardi odonis ponens duas ꝯclusiones. ¶ ℙrima ē q tps habuit eē ante mūdi initiū ꝛ inceptō. nē cuiuslibet creature sic q fuit ab eterno. ℔ ꝓbat sic. añ mūdi initiū deus potuit angelū solū ꝓducere alio ñ ꝓducto: tunc ponat q ꝓducat vnus alius angel⁹ qui ñ fuit tūc ꝓductus. tūc vel ille angelus scōs fuit fil' ꝓductus cū primo: vel posterius: nō. simul: qm vn⁹ p⁹ exiſtit alio nō exīte. g posterius ꝛ alter ꝑus. ſz ꝑus ꝛ posterius sunt ipz tps. vt pz per ꝯmētatorē 4°huj⁹. g ꝛc. ¶ ℙ. vbi est dare mutationē ꝯtinuā ꝛ eternā: ibi ē dare tps: sed ab eterno ē dare mutationē ꝯtinuā. probat' qm qō trā sit cōtinue ab esse possibili ad eē impossibile mutat' cōtinue. sed anima antixpi vel cuiuslibet alterius creature est b⁹. ꝓbatio. qm accipio nūc in q deus potuit ꝓducere mundū ante eq; ꝓduxisset. semper enim fuit verū dicere. potuit nūc ꝓducere mundū. ꝓo isto g nūc mūd⁹ fuit possibilis ꝓduci: ꝛ post definitionē huius nūc vel post istud nūc mūdus nō fuit possibilis ꝑ isto nūc: sicut antixps nō est modo nec possibilis ꝓduci in nunc ꝓo nunc quod fuit. sicut nec est possibile me currere heri. maiꝛ pz octauo phi. vbi ex eternitate mutatōis arguit eternitatē tpis. ¶ ℑtē extrema ꝯtradictōria eadē mēsura mēsurātur ꝛ etiā habitus ꝛ priuatio. patet de quiete ꝛ motu. 4. huius. sed esse omnis motus mēsuratur tpe. ergo ꝛ nō esse eius. ſz ab eterno fuit nō esse mot⁹. ergo. ¶ ℨecūda ꝯclusio quā ponit est ista: q tps non est passio nec sequela motus. hoc ꝓbatur sic. nulla passio vt sequela motus est sine motu. sed tps pōt esse sine motu ergo ꝛc. minoꝛ ꝓbatur. qm nullo motu exīte mobilia quiescūt. quies aūt est i tēpore. vt pz. 4. huius. quod. n. quiescit eodē modo se hz nunc ꝛ prius. prius autē ꝛ posterius sunt ipm tps. ista est ratio aristo. ¶ ℑtē illud qō ꝑexigitur ad posterioritatē motus vel inceptionē motus nō est passio vel sequela motus. sed tempus est b⁹. ergo maiꝛ pz. quia passio vel sequela motus non est priꝛ ipso motu. minoꝛ ꝓbatur. qm inceptio motus est exitus mobilis ab ocio in actū. ille autē exitus exigit vnuz qm in ocio sui seu in non motu: ꝛ aliud quādo in quo mouetur seu exit in motū. ergo ad istū exitū ꝑexigitur qm ꝛ qm. ꝛ ꝑ ꝯs tēpus. ¶ ℑtem nulla passio vel sequela motus est causa veritatis primi principij. sed tps ē h⁹. ergo ꝛc. maiꝛ pz. qz hoc principiū nō pōt eē vex nō existente causa sue veritatis. nō exīte autē motu adhuc ē vex hoc principiū. de quolibet esse vel nō eē ꝛ de nullo simul. ergo ꝛc. ꝓbatur minoꝛ. qz simultas ibi posita vificat istud principiū. simul autē dependet a tpe. qz eē sit est eē in eodē tpe ſm q simultas ponitur in isto principio: quod pz per diffinitionē elenchi vt hꝫ i elēchis. vbi dꝫ. q elenchus est sillogismus ꝯtradictōis vnius ꝛ eiusdē. nō noīs solū sed rei ꝛ nois: nō ſynonimi sed eiusdem ad idē ꝛ ſm idem ꝛ in eodē tpe. ¶ ℂōtra istā opi. arguit' ℰst enī certū q ē ꝯtra totā pℏiam. et primo arguitur ℨ primā ꝯclonē q tps nō sit ab eterno per ℳug. ꝛ ℬedā super geñ. ad lr̄am. qui ponunt tps eē ꝓductū ab initio mundi. vnde ponūt quatuoꝛ eē simul creata. ſ. naturaz angelicā: celū empireū: materiā primā: ꝛ tempus. ¶ ℙ per te ab eterno fuit tēpus. ergo ab eterno habuit aliqō subm̄: ꝛ istud non fuit deus cū deus nō sit subm̄ accñtis ergo ab eterno fuit aliqua creatura que fuit subm̄ tpis sed hoc est cōtra veritatē ꝛ istū doctoꝛē ꝛ fidē. ergo ꝛc. ℕec videtur salua sui reuerētia ſm veritatē eē dictuz. q tps nihil hz pro subiecto vt dicit. sed est quoddā ens ipm deum vel sequela. nā omne ens vel est ens per se: vel in alio. tēpus non est ens per se cū nō sit substantia. ergo est ens in alio: ¶ ℑtē si tue rōnes valerent per idez probarē q deus necessario produxisset tempus. illud enim principiū. de quolibet affirmatio vel negatio ꝛc. ē necessario vex: quod per te nō verificatur sine tēpore. ¶ ℂōtra secūdā ꝯclusionē est plana intētio ꝯmētatoris ꝛ aristo. 4. huius. ¶ ℑtē qm̄ inest omni soli ꝛ semper: vt patet per pℏm: q etiā sit sequela motus probatur. ois mensura successiua ē consecutiua entis formaliter successiui: sed omne successiuū est motus vel fundatur in motu quodāmodo: quod dico ꝓpter actionē ꝛ passionē ergo ꝛc. maiꝛ patet. quia nullū successiuū pōt mēsurare ens permanēs. ista pater. quoniā mēsura ꝛ mensurat̄ debēt eē vnigenea ꝛ debent ꝓportionari cuiusmōi nō sunt permanens ꝛ successiuuz. dico ergo q cessante omni motu non ē tēpus positiue nisi solum priuatiue. ¶ ℙro cuidētia tamen huius materie iuxta verba pℏi dic in. 4. sciendū est quō quies per accidens mēsuratur tempore. hoc imaginoꝛ sic. qz eo q tantus motus posſz fieri i tanto tpe: ideo per hoc q aufertur motus ꝑ tātū tps ſm mēsurā motus que posset fieri in tanto tēpore iudicamus tantā quātitatē eē quietis. ꝛ dicimus durare quietē per vnā diē. qz igitur motū illū si eēt tempus mēsurāret per se ideo ꝛ quies cuius quātitas iudicatur ex quantitate motus qui posset fieri in tanto tēpore dr̄ mēsurari in tanto tempore. et hoc est per accñs. sicut si imaginarer vacuū ita q nullus corpus eēt infra latera domus: certe tunc dicerē vacuum eē tante quātitatis puta decē pedū in lōgitudine: nō q ſcōm veritatē illud illā quātitatē haberet cūm sit nihil: sed per accñs quia corpus tante quātitatis natū est i tali loco recipi. ¶ ℳd rōnes ꝓdicti doctoris rñdeo. ad primam dico q prius ꝛ posterius pñt sumi dupl'r. ℧no mō realiter formal'r ꝛ positiue. ꝛ isto mō sunt tps ꝛ arguunt tps. ℳlio modo quasi modo imaginatiuo ꝛ priuatiuo ꝛ quasi per ꝯdaz coexīstiam tpi possibili si eēt. et isto modo nō arguunt tēpus. ℧nde imaginoꝛ sic q ante mūdi initiū non fuit prius ꝛ posterius nisi solū modo imaginatiuo ꝛ priuatiuo sicut dicimus de spacio vacuo quod dicitur tantuz quantū esset istud quod reciperetur: cum tamen nulla sit ibi quantitas positiue. dicimus etiam q illud prius ꝛ posterius sunt in eternitate: non tamē formaliter cuz indiuisibile sit: sed quasi virtualiter ꝛ per quandam coexistētiā tpis si eēt. que si eēt coexisteret sibi. ¶ ℳd scōz dicitur q nō ē ibi mutatio realiscū nihil exiſtat realiter sed solum modo imaginatiuo: ¶ ℳd tertiū dico q non oꝛ extrema cōtradictoria mēsurari eadē mēsura positiua. sed res actu mensuratur illa mēsura positiua: sed res in potētia mēsuratur priuatiue. puta q posset dici tantū durasse sicut declaratū ē de spatio vacuo ꝛ gete. ¶ ℳd rōes circa secūdā ꝯclusionē factas rñdeo ad primam ꝯcedēdo maiorem ꝛ negādo minoꝛē. ℳd ꝓbationē dico q supposito q cessaret omnis motus ꝛ primus ꝛ alius adhuc ꝓprie non esset quies nec gesceret. ¶ ℰt si dicatur cōtra quod non mouetur ꝛ est aptū natum

moueri. ergo hoc qescit. rñdeo negãdo ꝯntiaz. qz ẽ fallacia ꝯntis. oz. n. addere q̃ sit mẽsura in q̃ mobile aptũ natũ sit moueri. Suppositio aũt q̃ nullus motus eẽt b̃ deficeret vel diceret sicut est superius dictũ. ¶ Ad aliõ dico q̃ sil fuit mobile z motus saltẽ de p̃ mobili. illud ẽt nõ est nisi modo imaginatiuo qñ z qñ. ¶ Ad tertiũ dico q̃ ad veritatẽ primi principij nõ requirit tps positiue z realiter: sed p̃uatiue z quasi imaginatiue: iz stãte tpe sit tps ad verificationẽ huius principij.

His visis rñdeo ad rões principales. ¶ Ad primã dico q̃ iz ptes tpis nõ sint actualitate p̃manẽtie z p̃ncialitatis. sũt tñ actualitate cuiusdã ꝯtinuationis z copulationis z actualitate successiua. z b̃ sufficit vt dictũ ẽ i successiuis. ¶ Ad scõaz dico q̃ pteritũ z futurũ sũt actualitate ꝯtinuationis z copulationis. z hoc sufficit vt ocñ est ad esse tpis. vnde iz neutra ps tpis sit pñs. qz cũ ois ps tpis sit ꝑ vel posterior ꝑterita vel futura. tps tñ oꝝ presens esse. sic q̃ ista ꝓpositio tps est nũc. est vera. qz actu est ꝯtinuatio vnius partis cũ alia. rõne cuius continuationis tps dicitur bre esse. vnde sicut illa est vera motus est nũc: licet vtraq̃ pars motus sit facta vel fienda. verũtñ rõne realis ꝯtinuationis vnius partis cũ alia ad mutatũ esse mot9 oꝝ nũc eẽ. ¶ Sciendũ tñ q̃ ista ꝓpositio tps est nũc. vl motus est nũc. habet duplicẽ itellectũ. vnũ q̃ nũc sit mensura actus designati z illo modo est falsa. quoniã motus in istãti nõ mẽsurat. Aliũ itellectũ põt habere q̃ nunc dicat mẽsurã cõpositionis ꝑdicati cũ subiecto: vel huius veritatis subiecti ad ꝑdicatũ. et isto modo est vera. nã i oi ꝓpositione vera de p̃senti ꝑdicatũ vnitur subiecto ꝑ istãti idiuisibili. ita q̃ eius veritas mensuratur in instãti indiuisibili. non tñ oportet q̃ actus designatus per ꝑdicatũ mẽsuret idiuisibili: sed ista stãt simul q̃ actus designatus mẽsuret tpe z tñ q̃ istãti vniat ꝑdicatum subiecto. ¶ Ex ꝑdictis igit ꝯcedo q̃ ad eẽt tpis sufficit q̃ sit aliq̃ idiuisibile ꝯtinuãs vnã partẽ cũ alia: ita q̃ p esse instãtis denoiat tps esse vt dictũ est.

Sed cõtra hoc sunt aliqua dubia. ꝓmo quia seqret si ex hoc q̃ motus esset aliq̃ ei9 idiuisibile q̃ sil de eodẽ eẽt vex dicere q̃ moueret z quiesceret. probatio. nã pono q̃ de quiescẽte fiat motus in eodẽ instãti per ꝯñs terminatur quies z incipit motus. si ergo ad hoc q̃ motus sit vel ad veritatẽ huius. iste mouetur. sufficeret q̃ inciperet nunc moueri: q̃uis ꝓ instanti non moueretur: per eandẽ rõnẽ sufficeret ad hoc q̃ ista esset vera. iste quiescit. q̃ eẽt in eodem termino indiuisibili quietis. z sic simul moueret z quiesceret. similiter vex eẽt dicere q̃ simul eẽt dies z nox. quia in eodẽ instanti in quo vnũ terminatur alterum incipit. ergo ꝛc. ¶ Jtẽ impossibile est q̃ aliquid habeat esse per aliud oppositũ sibi. sed diuisibile z indiuisibile sunt opposita. ergo impossibile est q̃ tempus quod est diuisibile habeat eẽ per instans quod est indiuisibile. ¶ Jtẽ illa q̃ non sunt ꝯtinuari nõ possunt. hoc pz z ꝓbatur quia in illo quod nihil est actu non põt fundari aliud actu: qm̃ fundamentũ est maioris entitatis q̃ fundatũ. ꝯtinuatio aũt est quid actuale. preteritum aũt z futurꝫ nõ sunt. ergo. ¶ S. rñdeo. ad primuz dico q̃ ad esse motus vel tpis vel cuiuscũq̃ successiui non est sufficiens esse indiuisibile initians vel terminans. sed requiritur aliquod indiuisibile actu ꝯtinuans partem

priorẽ cum posteriori ad hoc q̃ tempus vel motus denominetur esse. ¶ Juxta quod sciendum q̃ quãuis hec ꝓpõ sit necessaria. omne aial currit vel non currit. mouetur vel non mouetur. nam est vera in quolibet tpe z quolibet instanti tẽporis. hec tñ nõ est necessaria. oñe aial vel mouetur vl quiescit. quod videtur mirꝫ. causa aut huius est quia si i qualibet parte tpis sit hec vera impossibile est aliter se habere z etiã in quolibet istãti ꝯtinuante partes cursus vel etiã partes quietis: tñ in instanti terminãte quietem z terminãte motũ neutra pars disiunctiue est vera: z ideo nego hanc q̃uis ꝓbabilis sit. socrates dum est de necessitate mouetur vel quiescit. qm̃ potest esse falsa vt dictum est. ¶ Ad aliud dico q̃ tempus non habet esse per indiuisibilitatẽ sed ꝑ substratũ indiuisibilitati. vnde iz diuisibile z indiuisibile formaliter sumendo sint opposita non tñ ꝑ substrato. ¶ Ad aliud rñdeo. ꝓ cuius euidẽtia est sciendũ q̃ de numero rerũ quedã habent esse in instãti z impossibile est eas esse per plus q̃ per instãs vt generatio z creatio vt dicunt acceptionem nouam sui esse. quedam vero sunt que habent esse in instanti per plus q̃ per instãs: vt permanentia. quedam vero sunt que habent esse per instans. et impossibile est eas esse in instanti: sicut sunt omnia successiua. Dico igitur q̃ iz partes tẽporis non sint in vno instanti sunt tamen plus q̃ per instans Ad rationem enim ꝯtinuitatis sufficit vltima esse simꝫ. vel dicitur q̃ sunt simul actualitate copulatõis. in partib9 igitur ꝯtinuatis fundatur ꝯtinuatio. ¶ Ad tertiũ principale. dico q̃ discretio inest tempori ab anima: iz quantum ad totam suam entitatẽ sit preter animã formaliter. ¶ Ad aliud dico q̃ sumitur ibi numer9 ꝓ mẽsura. quod apparet ex hoc q̃ dicit q̃ esse in tempore ẽ mensurari tempore. z sic terminatur questio ad pris.

Queritur ꝯñr. vtrum instans scõz substantiã maneat vnũ z idem in toto tempore. et videtur q̃ ñ. quia sequeretur: q̃ illa q̃ sunt facta nũc z infra millesimũ ãnũ eẽnt simul simultate ẽm substantiã: sed nec scõm substantiam nec scõm eẽ est possibile. ergo ꝛc. ¶ Jtẽ sequeret q̃ instans scõm substantiã esset equale tpi. oñe ẽ falsũ ergo z añs. falsitas ꝯntis pz. quia nulla entitas simplr indiuisibilis põt adequari entitati in infinitũ diuisibili istans aũt est indiuisibile. tps aũt est diuisibile i infinitũ g̃. oña ꝓbat. nã exquo ẽ idẽ i toto tpe ñ ꝑt excedi a tpe.

In oppositum est aristo. i quarto huius. vbi ponit q̃ instans est vnum et idem in toto tpe scõm subaz diuersũ tñ ẽm rõez vel eẽ

Respondeo citabitur vna opi. que etiã videbitur ꝓbi in qua vl tota coitas ꝯcordat. ¶ Secundo ipam improbabo ꝓ rõnes mihi fidẽ facientes. z ponet ꝓpria opi. ¶ 3° mouebunt q̃dã dubia circa mãz ꝺ istãti

Quantum ad primũ ẽ sciendũ q̃ ẽ vna opi. aureoli in. 2. sentẽtiaꝝ. recitãs primo tria dicta aristo. secũdo declarat ꝯclusionẽ quã intendit aristo. ¶ ꝓmũ dictũ ẽ istud q̃ attribuit ipsi nunc q̃ ipm nũc est idem in toto tempore secundũ substãtiã z solum differens penes aliud z aliud esse z secundum rõnem. z ponit duo exempla. ꝓmum est de puncto. qz secundũ imaginationẽ mathematicoꝝ pũctus flu-

ens causat lineam sic q̄ idem punctus maneat scōm substantiā in toto fluxu: variatur tn̄ secundū eē. quia intelligitur in alio ⁊ in alio situ. sic nūc fluēs causat tps ⁊ est idē in toto fluxu scōm substātiā differēs scōz esse. ¶ Aliud exēplū adducit de cozrusco in theatro ⁊i domo. scōz substātiā. n. ē idē vbiq̄. differt tn̄ scōz eē ⁊ scōz rōez: sicut sor. sedēs differt a se nō sedēte. ¶ Scōz dictū ē istud q̄ nūc segtur illud qō ferē: sicut tps segtur ipsū motū ⁊ sicut mobile ē idē i toto motu secūdū substātiā ⁊ nō scōm esse sic ⁊ nūc vel instās. ¶ Tertiū dictū est q̄ nūc vt discōtinuat tps ē in actu ⁊ ē terminus ipsius. sicut pūctus factus in actu discōtinuat ipsā lineā ⁊ ē terminus ipsius linee sic nūc i actu discōtinuat tps ⁊ ē terminus eius: ⁊ sicut pūctus in potētia ꝯtinuat ipsā lineā sic nūc in potētia ꝯtinuat ipsū tps. ¶ Hoc p̄missō declarat positionē suā. ¶ Ad cuius euidētiā sciēdū est vt dicit q̄ tps nō habet esse p̄ter aiaz. hoc aūt dato vt dicit multa incōueniētia q̄ adducūtur ꝯtra istā ꝯclusionē q̄ est Aristo. ꝯcluderē determinatiue. tps ergo vt dicit bz esse ab aia. ⁊ Aristo. etiā imaginatur cōtinuationē tpis esse ab aia eo mō quo imaginatur mathematicus punctū p suū fluxū causare lineā mathematicam. Mathematicus igitur volēs imaginare lineā rectā imaginat fluxū vnius pūcti i rectū. ⁊ etiā volēs imaginari lineā circularē ap̄bēdit fluxū pūcti circularis. sic scōm Ari. est de instāti. quoniāsi velim facere tps p̄teritū in actu imaginabor nūc fluere vsq̄ ad istud p̄sens signatū. Eo modo etiā si velim facere tēpus futurū in actu imaginabor q̄dā indiuisibile fluere ab isto mutato esse semper in posterius ⁊ ille fluxus est ipsum tempus. et per hoc ipse putat euadere ad omnes difficultates.

